

Epistole Hieronymi

Beati Hieronymi ad Athletam de institutione filie: docentis qualiter educanda: cui nutrici comittenda sit: quomodo in timore domini et i bonis moribus imbueda. et a quali preceptore sit erudienda: monentis eam grandiusculam a furore: a frequentia virorum. a balneis: musica: lautiori conuiuio et vino cohiberi. In vultu operibus manuum ac moderatis ieiunijs exerceri: lectionibus diuinorum ac probatorum auctorum institui. Ac docentis in quibus potissimum libris debeat oblectari.

Epistola.

Statu apostolus Paulus scribit ad Corinthios. et rursus Christi ecclesiam sacris instruens disciplinis: inter cetera mandata hoc quoque proposuit dicens. Si qua mulier erit habet virum infidelem. et sic presentit habitare cum ea: non dimittat virum. Sanctificatur est enim vir infidelis per mulierem fidem. et sanctificata est mulier infidelis per virum fidem. Alioquin filij nostri immundi essent: nunc autem mundi sunt. Sicut forte hactenus videbantur nimium discipline vincula laxata. et precepta indulgentia preceptorum. Consideret domum patris tui clarissimi quidem et eruditissimi viri: sed adhuc ambulatis in tenebris. et intelliget consilium apostoli illud profecisse: ut radice amaritudinis dulcedo fructuum temperaret et viles virgule balsama preciosa sudaret. Tu enim es nata de impari matris monio. De te et Lotothoe Paula generata est. Quis hoc crederet ut Albini pontificis neptis de promissione martyrum filia nasceretur. ut putem quod etiam gaudente auo: adhuc paruula lingua balbutiens Christi alleluia decantaret: ut virginem dei in suo gremio nutrirer senex. Et bene feliciterque expectauimus. Sancta et fidelis domus unum sanctificat infidelem. Candidatus est fidei quem filiorum et nepotum turba circumdat. Ego puto etiam ipsum Iouem si habuisset talem cognationem potuisse in Christo credere. Despicat licet et irrideat epistolam meam. et me stultum et insanum clamet: hoc et gener eius faciebat prius quam crederet: sunt non nascitur christiani. Auratum squallet capitolum. Fuligine et araneorum telis omnia Roma templum cooperta sunt. Nouerit vrbis sedibus suis. et inundans populus ante delubra semiviruta currit ad martyrum tumulos. Si non extorquet fidem prudentia: extorqueat saltem verecundia. Hoc Athleta religiosissima in Christo filia dictum sit ut non desperes parentis salutem. et eadem fide quam meruisti filiam. et patrem recipias: totaque domus beatitudine perfruaris: sciens illud a domino repromissum. Que apud homines impossibilia apud deum possibilia sunt. Nunquam sera confessio. Latio de cruce transfuit in pas-

a h

Epistole

radisum Nabuchodonosor rex Babylonis post efferationem corporis et cordis et beluarum in heremo conuictum. mentem recepit sanam. Et ut omittam vetera. ne apud incredulos nimis fabulosa videantur. ante paucos annos propinquus noster Bracchus nobilitatem patritiam sonans nomine. cum prefecturam regeret vrbanam. nonne specum mitre et omnia portentosa simulachra. quibus Loxar Niphus miles Leo perles. helios Bromius pater inicianur. subuertit. fregit et vssit. et his quasi obsidibus ante premisis impetrauit baptismum christi: Solitum dinem patitur et in vrbe gentilitas. Dij quondam nationum cum bubonibus et noctuis in solis culminibus remanserunt. Uexilla militum crucis insignia sunt. Regum purpuras et arcentes diadematum gemmas patibuli salutaris pictura cõdecorat. Jam egyptus. olim Serapis Christianus factus est. Narnas gaze luget inclusus. et euersionem templi iugiter pertimescit. De India. Perside. ethiopia monachorum quotidie turmas suscipimus. Deposuit pharetras armenius. Uani discuntque psalterium Scythie frigora feruent calore fidei. Betarum rutilus et flauus exercitus ecclesiarum circumfert tentoria. et ideo forsitan contra nos equa pugnant acie. quia pari religione cõfidunt. Pene lapsus sum ad aliam materiam. et currere rota dum vrbem facere cogito. amphoram finxit manus. Propositum enim mihi erat sancte Marcellę et tuis precibus iniatum ad martyrem. id est ad te sermonem dirigere. et docere quomodo instituere paulam nostram debeas. que prius in Christo cõsecrata est quam genita. quam ante nosti quam in utero concepisti. Vidimus aliquid temporibus nostris de prophetalibus libris. Anna sterilitatem alui fecunditate mutauit. Tu luctuosam fecunditatem vitalibus libris cõmutasti. confidens loco accepturam te filios. que primum sextum domino reddidisti. Ita sunt primogenita que offeruntur in lege. Sic natus est Samuel. sic ortus Sampson est. et sic Joannes baptista ad introitum Marię et exultauit et lussit. Audiebat enim verba domini per os virginis pertonantis. et de utero matris in occursum eius gestiebat irumpere. Igitur que de repromissione nata est. dignam habeat ortu suo institutionem parentum. Samuel nutritur in templo. Joannes in solitudine preparatur. Ille sacro crine venerabilis est. vinum et siceram non bibit. adhuc paruulus cum domino sermocinatur. hic fugit vrbes. zona pellicea cingitur. locustis alitur. et melle siluestri. et in typum pœnitentię predicandę tortuosissimi animalis vestitur exuuys. Sic erudienda est anima que futura est templum dei. nihil aliud discat audire. nihil loqui. nisi quod ad timorẽ dei

Hieronymi

pertinet. Turpia non intelligat. cantica mundi ignoret. Adhuc tenera lingua psalmis dulcibus imbuatur. Procul sit etas lasciuia puerorum. ipse puellę et pedissequę a secularibus consortiis arceantur: ne quod male didicerint peius doceant. Fiant ei litterę vel buxę. vel eburnę. et suis nominibus appellentur. Ludat in eis. vt ludus eius eruditio sit. et nõ solum ordinem teneat litterarum et memoriam nominũ. et cantica trãseat. sed ipse inter se crebro ordo turbetur. et medijs vltima. primis media misceantur. vt eas non sono tantum. sed et visu nouerit. Cum vero coeperit tranenti manu stilum in ceram ducere. vel alterius supraposita manu teneri regantur articuli. vel in tabella sculpantur elementa. et per eorundem sulcos marginibus trahantur vestigia. vt foras non queant euagari. Syllabas iungat ad purum. et quibus illa etas delectari potest. minusculis inuiteretur. Habeat et in discendo socias. quibus inuideat: quarum laudibus mordeatur. non obiurganda est si tardidior sit. sed laudibus excitandum est ingenium. vt vicisse gaudeat. et victa doleat. Cauendum in primis ne oderit studia. ne amaritudo eorum percepta in infantia ultra rudes annos transeat. Ipsa nomina per que consuevit paulatim verba contexere: nõ sint fortuita. sed certa et coaceruata. de industriis videlicet prophetarum et apostolorum. et omnis ab Adam patriarcharum series. de Mattheo Lucaque descedat. vt dum aliud agit futurę memorię preparatur. Magister probe etatis et vite conditionisq; est diligendus. nec poterit erubescere vir doctus id facere in propinqua vel nobili virgine: quod Aristoteles fecit in Philippi filio. vt ipse in librorum utilitate initia monstraret litterarum. Non sunt contemnenda quasi parua: sine quib; magna consistere non possunt: ipse elementorum ordo. et parua institutio preceptorum. aliter de erudito. aliter de rustico ore profertur. Unde et tibi est prouidendum. ne ineptis blanditijs forminarum. dimidiata dicere verba filiam consuecas. et in auro atq; purpurea ludere. quorum alterum lingue. alterum moribus officit. ne discat in tenero. quod ei postea dediscendum est. Bracchorum eloquentię multum ab infantia sermo matris cõtulisse scribitur. Hortensij oratio inter paternos sinus coaluit. Difficulter raditur quod rudes animi perbiberunt. Lanarum conchylia quis in pristinum colorem reuocet. Recens testa diu et saporem retinet et odorem. quo primum imbuta est. Gręca narrat historia Alexandrum potētissimum regem orbis dominatorem. et in moribus. et in incessu Leonidis pedagogi sui non potuisse carere viuis. quibus adhuc paruulus fuit infectus. Procliuis est enim malorum

Epistole

emulatio. et quorum virtutes assequi nequeas. cito imitaris vitia. Nutrix ipsa non sit tenulenta. non lasciuia. non garrula: habeat modestam gerulam. nutritium grauem. Cum auum viderit in pectus eius transfiliat. et collo depēdeat. nolenti alleluia decantet. Rapiat eam auia. patrem risib⁹ agnoscat. sit omnib⁹ amabilis. et vniuersa ppinquitas rosa ecclesie nata gaudeat. Discat statim quam alteram habeat auiam. quam amatam. cui imperatori. cui exercitui tyricula nutriatur. illas desideret. Et illa tibi innitetur ab excessu. ipse habitus et vestibus deceat ei cui promissa sit. Caue ne aures ei⁹ perforas. ne cerusa et purpurisso cōsecrata Christo ora depingas. nec collum auro et margaritis premas. nec caput gemmis oneres. nec capillum irruffes. et ei aliquid de gehēne ignibus aspiceris. Habeat illas margaritas quibus postea venditis emptura est preciosissimum margaritum. Pretexata nobilissima quondam femina. iubente viro Dometio. qui patruus Eustochij virginis fuit. habitum eius cultumq; mutauit. et neglectum crimen mūdano more tenuit vincere cupiens et virginis propositum et matris desiderium. et ecce sibi eadem in nocte cernit venisse angelum terribili voce minantē poenas et hec verba frangentem. Tu ausa es viri imperium preferre Christo? Tu caput virginis dei tuis sacrilegis attricare manibus. que iam nūc arefcent. vt sentias excruciatā quid feceris. et finito mense quinto ad inferna ducaris. Si autem perseueraueris in scelere. et marito simul orobaberis et filijs. Omnia per ordinem expleta sunt. et seram misere poenitentiam velox signauit interitus. Sic vlciscitur Christus violatores templi sui. sic gemmas et preciosissima ornamenta defendit. et hoc retulit. non q̄ insultare velim calamitatibus infortunatū. sed vt moneam cum quanto metu et cautione seruare debeas quod deo spondidisti. Deli sacerdos offendit deum ob vitia liberorum. Episcop⁹ fieri non potest qui filios habuerit luxuriosos. non subditos. et e contrario de muliere scribitur. Quis salua fiet per filiorū generationem. si permanserit in fide et charitate et sanctificatione cum pudicitia. Si perfecta etas et sui iuris imputatur parētibus quanto magis lactens et fragilis. que iuxta sententiam domini ignorat dextram ac sinistram. id est boni et mali nescit differentiam? Si sollicita prouidet. ne filia percutiatur a vipera. cur non eadem cura prouideas. ne feriat a malleo vniuersę terre? ne bibat de aureo calice Babylonis? ne egrediatur cum Dina. et velit videre filias regionis aliene. ne ludat pedibus. ne trahat tunicas. Venena non dantur nisi melle circumlita. et vitia non irrepunt nisi sub specie vmbraeq;

Hieronimi

virtutum. Et quomodo inquires. peccata patrum filijs non redduntur. nec filiorum parentibus. sed anima que peccauerit. ipsa morietur: Hoc de his dicitur. qui possunt sapere. de quib⁹ in euangelio scriptum est. Aetas tem habet. loquatur per se Qui autem paruulus est. et sapit ut paruul⁹. donec ad annos sapientie. et Pythagoree littere. y. cum perducatur ad biuuium. tam bona eius quam mala parentibus imputantur. Nisi forte existimas christianorum filios. si baptisma non receperint. ipsos tamen reos esse peccati: et non etiam scelus referri ad eos qui dare noluerint. maxime eo tempore quo contradicere non poterant qui accepturi erant. Si in regione vite salus infantium maiorum lucrum est. offerre filiam potestatis tue sunt. quibus alia sit tua conditio que prius eam nouisti quam conciperes. ut autem oblata non negligas. ad periculum tuum pertinet. Qui claudam et inutilem qualibet sorte maculatam obtulerit hostiam sacrilegium reus est. quanto magis qui partem corporis sui. et illibate anime puritatem regis amplectitur parat. si negligens fuerit punietur. postquam grandis uiscera esse coeperit. et in exemplum sponsi sui crescere sapientia. etate et gratia apud deum et homines. pergat ad templum veri patris cum parentibus suis. sed cum illis non egrediatur de templo. Querat eam in itinere seculi inter turbas et frequentiam propinquozum. et nusquam eam alibi reperiant nisi in aduentu scripturarum prophetas et apostolos et spirituales nuptijs sciscitantem. Imitetur Mariam quam Gabriel solam in cubiculo suo reperit. et ideo forsitan timore perterrita. quia uirum quem non solebat aspicere. emuletur eam de qua dicit. Omnis gloria eius filie regis abintus. Loquebatur et ipsa electo charitatis iaculo vulnerata. Intra dixit me rex in cubiculum suum. Nunquam exeat foras. ne inueniat eam qui circumueit ciuitatem. ne percutiat et vulneret. et auferat spiritum pudicitie. et nudam in sanguine derelinquat. quin potius cum aliquo ostium eius pulsauerit. dicat Ego murus. et uera mea turris. laui pedes meos. non possum inquinare eos. Non uescat in publico. id est in parietum conuiuio ne videat cibos quos desideret. Et licet quidam putet maioris esse fortitudinis. presentem contemnere voluptatem. tamen ego arbitror securioris continencie esse nescire quod querat. Legi quondam in scholis puer. Egre reprehendas quod finis conuiscere. Discat iam nunc et uinum non bibere in quo est luxuria. Ante annos robuste etatis periculosa est teneris et grauis abstinentia. usque ad idem tempus si necessitas postulauerit et balneas adeat. et uino utatur modico propter stomachum. et carnis edulio sustentet. ne prius deficiat pedes quam currere incipiat. et hoc dico iuxta indulgentiam. non iuxta im-

Epistole

perium. timens debilitatem. nō docens luxuriam. alioquin quod iudaica
ca superstitio ex parte facit in reiectione quorundā animalium atq; esca
rum. quod ⁊ ludorum Bracmanes. ⁊ egyptiorum Gymnophistę in po
lente ⁊ orizę. et pomorum solo obseruant cibo: cur virgo christi non fa
ciat in toto? Si tanti vitrum. quare non maioris sit precij margaritę?
Quę nata est ex promissione sic viuat. vt illi dixerūt. qui de repromissio
ne generati sunt. Aequa gratia equi habeat ⁊ laborem. Surdasit ad or
gana tybia. lyra. cythara: cur facta sint. nesciat Reddat tibi quotidie pē
sum de scripturarum floribus sertum. Discat grecorum versuum nume
rum. sequatur statim ⁊ latina eruditio. quę si non ab initio os tenerum
composuerit. in peregrinum sonum lingua corrūpitur ⁊ externis vitij
sermo partrius sordidatur. Te habeat magistrum. te viridis imitetur
infantia. nihil in te ⁊ in patre suo videat. quod si fecerit. peccet. Memē
te te vos parētes virginis. ⁊ id scitote. magis eam exemplis doceri posse
se q; voce. Cito flores pereūt. cito violas ⁊ lilium et crocum pestilens au
ra corrumpit. Nunq; absq; te procedat in publicum. Basilicas marty
rum. ⁊ ecclesias sine matre nō atreat. Nullus ei iuuenis. nullus cincin
natus arrideat. Virgiliarum dies ⁊ solēnes pernoctationes sic virgini
cula nostra celebret. vt ne trāsuerso quidem vngue a matre discedat. No
lo de ancillulis suis aliquam plus diligit. cui⁹ crebro auribus susurret.
Quicquid vni loquitur. hoc omnes sciāt. Placeat ei comes nō compta
neq; formosa atq; lasciuia. quę liquido gutture carmen dulce moduletur
sed grauis. pallēs. sordidata. subtristis. proponatur ei probe fidei. ac mo
rum ⁊ pudicitie virgo veterana. quę illā doceat. ⁊ assuescat exemplo ad
orationes ⁊ psalmos nocte cōsurgere. mane hymnos canere. tertia. sexta
nona hora stare in acie quasi bellatricem christi. Accensaq; lucerna red
dere sacrificium vespertinum. Sic dies transeat. sic nox illam inueniat
laborātem. orationi lectio. lectioi succedat oratio. Breue videbitur tem
pus. quod tantis dierum varietatib⁹ occupatur. Discat lanam facere. te
nere colum. ponere in gremio calathum. rotare fusum. stamina pollice
ducere. spernat bombicum. telas. sericū: vellera ⁊ aurum in fila lentescēs
Talia vestimēta portet quibus pellatur frigus. non quibus vestita cor
pora nudētur. Cibis eius olusculum sit ⁊ similia. caroq; et pisciculi. Et
ne gulę p̄cepta longius traham. de quibus in alio loco plenius sum lo
cutus. sic comedat vt statim esuriat. vt statim post cibum possit legere ⁊
psallere. Displicent mihi (in teneris maxime gratibus) longa et immo
derata ieiunia. in quibus iunguntur hebdomades ⁊ oleę in cibo. ac poma

Hieronimi

vetantur. Experimento didici. asellum in via cum lassus est. diuerticus
la querere. Faciant hoc cultores Isidis et Cybele. qui gulosa abstinen-
tia phasides aues. ac fumantes turtures vorant. ne scilicet cerealia dona
contaminent. hoc in perpetuo ieiunio sit preceptum. vt legitimi itineris
vig perpetuo superetur. ne in prima mansione currentes. corruamus in
medijs. Ceterum vt ante scripsi. in quadagesima continentie vela pen-
denda sunt. et tota aurige rhericula equis laxada properantibus. Quans
q; alia sit conditio secularium. alia virginum et monachorum. Secu-
laris homo in quadagesima ventris in glumiam decoquit. et in cochleas
rum morem suo ipse succo sustentatur. vt futuris dapibus ac sagine alijs
quantulum parcat. Virgo et monachus sic in quadagesima cibos dis-
mittant. vt sibi meminerint semper esse currendum. finitus labor mode-
ratioz. infinitus immoderatioz est. Ibi enim respiramus. hic perpetuo
incedimus. Sed quando ad suburbana pergis. domi filiam non relin-
quas. nesciat sine te posse viuere et cum sola fuerit. pertimescat. non habe-
at colloquia secularium. et malarum virginum contubernia. Non in-
ter sit nuptijs seruulorum. neq; familie per strepitus lusibus misceatur.
Scio precepisse quosdam. ne homo christi cum eunuchis lauet. nec cum
maritatis feminis. quia alij non deponat animos virozum. alij tamen
tibus vteris preferant fecditatem. Mihi omnino in adulta virgine las-
uacra displicet. que seipsam debet et erubescere. et nudam videre non pos-
se. Si enim vigilijs et ieiunijs macerat corpus suum et in seruitutem re-
digat. si flammam libidinis et incensius feruentius extinguere cupit conti-
nentie frigore. si appetitus sordidus turbare festinat naturalem pulchri-
tudinem. cur e contrario balnearum fomentis sopitos ignes suscitatur?
Pro gemmis et serico diuinos codices amet. quibus non auri et pellis
Babylonie vermiculata pictura. sed ad fidem placeat emendata et erudi-
ta distinctio. Discat primo psalterium. his se canticis sanctam vocet. et
in Prouerbijs Salomonis erudiatur ad vitam. In Ecclesiasten con-
suescat que mundi sunt calcare. In Job virtutis et patientie exempla se-
ctetur. Ad euangelia transeat. Jamq; ea positura de manibus. apostolo-
rum acta et epistolas tota cordis imbibat voluntate. Cunctis pectoris sui
cellarium his opibus locupletauerit. mandet memorie prophetas Pen-
thateucum et Regum et Paralipomenon libros. Esdre quoq; et Nes-
ter volumina. Ad vltimum sine periculo discat Canticum canticorum:
quem si in exordio legerit. sub carnalibus verbis spiritualium nuptiarum
epithalamium non intelligens. periculum est ne vulneretur. Caueat om-

Epistole

nia apocripha. Et si quando ea non ad dogmatum veritatem, sed ad signorum reuerentiam legere voluerit, sciat non eorum esse quorum titulis prenotantur. Multaque his admixta vitiosa, et grandis esse prudentie aurum in luto querere. Cypriani opuscula semper in manu teneat. Athanasij epistolas et Nilarij libros inoffenso currat pede. Illorum tractatibus, illorum delectetur ingenijs, in quorum libris pietas fidei non vacillat. Ceteros sic legat, ut magis iudicet quam sequatur. Respondebis. Quomodo hec omnia mulier secularis in tanta frequentia hominum Romae custodire potero? Noli ergo subire onus quod ferre non potes, sed postquam ablactaueris cum Isaac, et vestieris cum Samuele mitte auream et amitam. Redde preciosissimam gemmam Marię, et cum is Jesu vagantis impone. Nutriatur in monasterio, sit inter virginum choros, iurare non discat, mentiri sacrilegium putet, nesciat seculum, viuat angelice, sit in carne sine carne. Omne hominum genus sui simile putet, et ut cetera taceam, certe te liberet seruandi difficultate, et custodie periculo: melius est desiderare absentem quam pauere ad singula, quid loquatur: cum quo loquatur, cui annuat, quem libenter aspiciat. Trade Eustochio paruulam, cui nunc et ipse vagitus pro te oratio est, trade comitem sanctitatis futuram heredem, illam videat, illam amet, illam premis mereatur ab annis, cui et sermo et incessus et habitus doctrina virtus est. Sit in gremio auream, que reperat in nepte quicquid premissit in filia, que longo vso didicit nutrire, seruare, docere virgines, in cuius corona centena rii quotidie numeri castitas texitur, foelix virgo, foelix paula Loxotij, que per auream amitamque virtutes nobilior est sanctitate quam genere. Quod si tibi contingeret socrum et cognatam tuam cernere, et in paruis corpusculis ingentes animos contuereris, pro insita tibi pudicitia non ambigere quin precederes filiam, et primam dei sententiam in secundam euangelij legem mutares, et paruipenderes aliorum desideria liberorum, et teipsam magis offerres deo. Sed quia tempus est amplexandi et tempus longe fieri a complexibus, et vxor non habet potestatem corporis sui, et vnusquisque in qua vocatione vocatus est in ea permaneat in domino, et qui sub iugo est, ita debet currere, ne in luto comitem derelinquat, totum redde in sobole, quod in te interim distulisti. Anna filium quem deo vouerat, postquam obtulit in tabernaculo nunquam recepit, indecens arbitrata, ut futurus propheta in eius domo cresceret, que adhuc alios habere cupiebat. Deinde postquam concepit et peperit, non est ausa ad templum accedere, et vacua apparere coram domino, nisi prius redderet quod debebat.

Hieronymi

taliq; immolato sacrificio. reuera domum. quinq; liberos sibi genuit.
q; primogenitū deo peperat Miraris felicitate sanctę mulieris. imi-
tare fidem. Ipse h Paulam miseris. 7 nutritium 7 magistrum spondeo:
gestato humeris. balbutientia senex verba formabo. multo gloriosior mū-
di philosopho. qui nō regem Macedonum Babylonio periturum ve-
neno. sed ancillam 7 sponsam Christi erudiam: regnis coelestibus offe-
rendam.

Incipit epistola beati Hieronimi ad Eliodorum
nondum episcopum exhortatoria: quia illum hortatur: vt domo: cogna-
tis diuitijsq; relictis ad eremum deo militaturus accedat. pericula ha-
bitationis in vrbib; seruis dei et demonum tentamēta describens. Ubi
etiam ambitum repūmit sacerdotij ac episcopatus: de periculo illius sta-
tus edisserens. et eremum ac solitudinem effrens: ad extremum futu-
rum iudiciū representans.

Epistola.

Uanto amore et studio contenderim: vt pariter in eremo
moraremur cōsciū mutue charitatis pectus agnoscat. qui
bus lamentis: quo dolore. quo gemitu: te abeunte profectus
sim: iste quoq; litterę testes sunt. quas lachrymis cernis inter litas Ue-
rum tu quasi paruulus delicatus cōtemptum rogantis per blandimen-
ta souisti. 7 ego incautus: quid tunc agerem nesciebam. facerem: Sed
quod ardentē volebam. moderate dissimulare non poteram. Impensis
us obsecrāre: sed audire nolebas: quia similiter non amabas. quod vnū
potuit: spreta charitas fecit. quem presentem retinere non valuit: que-
rit absentem. Quoniam igitur 7 tuiple abiens postularas. vt tibi post-
q; ad deserta migrassem inuitatoria ad te scripta transmitterem. 7 ego
me facturum promiseram. Inuito. Jam propera. Nolo pristinarum
necessitudinum recorderis. Nudos amat eremus. Nolo te antique pe-
reginationis terreat difficultas. Que in Christum credis. 7 eius crede
sermonibus. Quęrite primum regnum dei. et hec omnia opponentur
vobis. Non pera tibi sumenda. non virga est. Assatim diues est. qui
cum Christo pauper est. Sed quid ago? Rursus improuidus obsecro.
Abcant preces. blandimenta discedant. Debet amor lesus irasci.